60

& sedet insidiis inocculto ut interficiat innocentem / & ut sagittet in obscuro / omne
corpus ecclesiae; Dum singulos quosque callidis obscurisque consiliis decipit,
& ex paruis qui busque occasionibus locum sibi introeundi / inrimas[ani] eorum[primo] sub
tiliter facit / tum deinde uelut occupata iam statione totus inmergitur, Sicut
fieri solet in obsidione murorum · si exigua pars unius anguli fuerit inter
rupta continuo per singulos inrepentes / omnis introibit atque urbem obti
nebit exercitus, Satis idoneum ut opinor ad unanimitatem & pacem dili
gendam / & dissensiones ac discidia fugienda huiuscemodi prouocamur
exemplo · cum utique omnis animae quae imaginem in se di gerit / imitati
one debeat gaudere diuina, Ut nobilitatem generis sui ex hoc maxime
ostendat, Dum desupernis trahit exempla uiuendi / & ad similitudinem
se caelestis conuersationis instituit, Tum deinde respiciamus etiam in celo
sursum / & in terra deorsum / secundum commonitionem diuinam / & con
sideremus totius creaturae federatissimas leges, Quomodo celum & terra
ac mare · atque omnis iste mundus cuncta quae di elementa magnifica / per
quae etiam uirtus di tacitae predicatur / donec inter se in pace sunt / & quiete /
& propriae naturae suae terminos seruant / nec unum aduersum alterum in
surgens statutae pacis uincula dissoluit, Quibus ea opifex omnium sermo di /
primae conditionis legibus [illegible]uinxit, Stat mundus / & pulchritudine sui
ac decore prefulget / nec quicquam aliud exquiri potest quod splendori eius /
& gratiae conferri aut exequari queat / simul autem / ut a pace & quiete destiterit /
protinus etiam mundus esse desistit, Nec alia ex causa quam sui dissensione
ac propria elementorum seditione soluetur, Hunc ergo mecum, totius mundi
intuere / si uidetur ordinem pacis / quomodo caelum aeri / lucem terrae preste
calorem, Aer uero imbribus terram foueat / & animantibus cunctis uitam
tribuat respiratus / terra uero fructus & uictum super eam uiuentibus materno
quodam prebeat famulatu, Quid uero iste permutationes temporum / pau
latim suas uicissitudines inmutantes / & austeriora quaeque uel frigoris
uel caloris paulatim & per partes mortalibus infe[r]entes, Ut non aeterrest
subita sed etiam delectare sensim reparata uideantur · utilitati simul uolup

© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc276/0123